



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Basiliscus Martyr 22. Maii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

3. Cū quis peccat coram te, & loquitur de alienis peccatis, vide utrum eadem admiseris; dolo, veniam pete, eorum considera fœditatem, ut ea nunquam committas; si verò nunquam lapsus fueris in hæc peccata, Deo gratias age. Misere fratri tui: ora pro eo. Tu quis es? qui tam improbe, tam procaciter, tam manifesto alienam servum iudicas? redi ad te; discute te, iudica te. Laur. iustin.

S. BASILISCUS MARTYR

22. Maii.

Omnia possum in eo, qui me confortat. ad Philip. c. 4.

Latuit subinde etiam sub militari sago magna virtus & castra theatrū præbuere Christianæ sanctitati. Nunc BASILISCUM inde producimus plurimum palmarum militem, quem afflictum mœrore ferunt, quod accepit pro Maximiano impio Cæsare vulneribus, guttam sanguinis pro Christo nullam fudisset: cū tamen Theodorum Martyrem proximā necessitudine contingeret, cuius pro fide prælia convitium suæ ignavia facerent, utiq; si virtuti suæ Christus consideret, eius experimentū pridem capturum fuisse. Rarò
ita

ita eum superis exoptulatum est; neque in-
 finuit cœli imperator tam pia militis sui de-
 sideria perire; ultrò eum allocutione digna-
 tus, memorem esse voti sui iussit, & dignos-
 tanta sponcione animos afferre in imminen-
 tem pugnam; cuius ei copiam Agrippa im-
 pius Prætor fecit, qui ferro soleatum, clavis
 plantam penetrantibus, cursu nihilominus
 æquare citatam quadrigam cœgit. Subinde
 à Trajana hospitio acceptus aridæ arbori, sub
 quâ recubuerat, vitam reddidit frondesque,
 credo ne capiti coronæ deessent: fons etiam
 ad pedes Martyris scaturit, hanc vicem red-
 dente terrâ, cum sanguinem eius bibisset: eo
 prodigio non satis tantum comitum eius,
 sed perfidia etiam extincta est. Paulò post
 etiam alteri elemento imperavit, devocatoq;
 de cœlo igne, Deorum delubram exussit,
 ipse capite imminutus & in proximum flu-
 men sparsus, maximo & ultimo miraculo ni-
 hilominus ad Beatitatis littus enatavit.

Ex Menest.

MEDITATIO

De magnanimitate ad salutem ob-
 tinendam Christiano necessaria.

Z s

Quid

1. **Q**uid non potuit Basiliscus confortari à Deo? Miles erat & sanctus. Ne dicas in dominatu sum, non possum: in servitio sum, non possum: uxorem duxi, non possum: miles sum, non possum, sanctus esse &c. Nullus est status, in quo cum gratiâ sanctè vivere non possis, modò Deum in omnibus statui tuo familiaribus negotiis primæ curæ habeas. *Primas apud nos curas* (in omni statu vitæ, ad quem vocati sumus) *quæ prima habentur obsineant.* Eucherius.

2. S. Basiliscus Theodori martyris & Cognati sui animatus exemplo erubuit pro Cæsare, & nondum pro Christo vulnera tulisse: meritò aliena exempla accendere debent ad æqualia certamina. *Potuerunt isti & isti, & ego non possem.* S. Aug item: *ubi adest Christus aranea murus est; ubi abest Christus, murus aranea est.* S. Paulinus de S. Felice. Aude sis, cum gratia Dei superabis difficultates. Quod si verò gratiæ Dei vocanti ad minima pro Dei glorâ facienda aut toleranda non obedis, quid mirum si gratia tibi non detur ad ardua tentanda?

3. Plurimum etiam ab arduis ausibus impedit, quod tametsi meliora bonorum exempla probamus (absit ea perversitas, ut vituperemus) plerumque tamen deteriora facta malorum sequimur. Nunquid te ipsum experiris in te? disce igitur perfectè Syntaxeos Christianæ regulam, *colle Deum, imitare divos, virtutè amplectere.*

S. FLO.